



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Regni Franciae coenobia varia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

næ, vxoris Ludouici, Regis Bauariæ, inter ruinas murorum ex incendio anno Domini 1163. collapsorum. Præter has celebres personas, in monasterio S. Haimerani requiescunt 18. Episcopi Ratisbonenses, Sic ferè Viguleus Hundius in Metropoli sua Salisburgensi.

CAPVT XXV.

Regni Francia cœnobia varia.

Mollispeci cœnobium Abbatiale apud Bituriges, vulgò *Meobec en Berry*, Dagobertus I. Galliæ Rex excitauit: exstatque diploma apud Renatum Choppinum lib. 2. Monasticum, tit. 2. Ego Dagobertus filius Clotharij Regis, filij Chilperici, filij Clotharij &c. Datum anno Salutis 642.

Insula Barbaræ Abbatiam apud Lugdunum si non fundauit, certè instaurauit omnino ruinosam Carolus Magnus Imperator: vt in Historia Lugdunensi lib. 2. cap. 106. legitur.

Monasterium S. *Michaëlis ad Erenum* instaurauit Guilielmus Aquitaniæ Dux, Caput stupeum nuncupatus.

Cormeriacum in D. Turonensi fundauit Carolus Magnus ac dotauit ex templi Martiniani prædijs, agente in primis Iterio primo illius loci Abbate.

In vr-

642.

In vrbe Senonensi Chilpericus Rex ædificauit monasterium *SS. Petri & Pauli*, temporibus S. Remigij Remensis Archiepiscopi: vt testatur Odoramus in Chronico Senonensi, quod, memini, vsque ad annum 1121. existat in monasterio S. Petri viui Senonensis.

S. Luciani primi Bellonocarum Episcopi & martyris cœnobium Abbatiale, in suburbano Bellonacensi, idem Rex instaurauit. Ita Choppinus loc. cit.

S. Vandregisilus construxit *Fiscanum & Fontanellum*, in finibus Neustriæ: vt in Chronico Sigeberti ad annum 622. legitur, Glaber Rodolphus dicit illud ædificatum à Guiljelmo duce Normanniæ, vbi & sepultus est.

Altum Villare extruxit Niuardus Archiepiscopus Remensis, idemque S. Baslei monasterium vanis immunitatibus donauit, teste Frodoardo.

Abbatiam *SS. Sergij & Bacchi*, iuxta urbem Andeganensem excitauit Clodoneus I. Rex Gallie, itemque Abbatiam Iucundæ-vallis, vulgò *Ioyenual*, in agro Parisiensi.

Childebertus Rex fundauit Abbatiam *S. Germani de pratis*, in suburbijs Parisiorum, vt supra diximus, & Abbatiam *Montis S. Michaëlis*, quæ est *in periculo maris*, in maritima Normanniæ ora. Alij volunt hanc posteriorem à Richardo Normanniæ Principe, conditam fuisse.

B. Riculius Archiepi. Remensis *Orbesium* monasterium extruxit in fundo, quem Theoderi-

deri-

dericus Rex ipsi donarat teste Frodoardo.

S. *Medardi* cœnobium apud Suefsiones
Clotharius; S. Germani cœnobium, quod
nunc est S. Albini, apud Andes Theodebertus
excitarunt. Cœnobium S. Ioannis Angeli-
ci in Sanctonibus, de S. *Iean d' Angeli, en Xain-
ctonge*, anno 761. Pipinus rex in honorem
S. Ioannis Bap. erexit, in opido quod pro-
pterea S. *Ioannis Angeliaci* vulgò nuncupa-
tur.

761.

Abbatiam S. *Florentij* veteris, apud Andes,
& Abbatiam S. *Iudoci* ad mare; iuxta Mon-
strolium opidum, Carolus Magnus; Abbati-
am de Nobiliaco, de *Noûaille*, in Pictonibus,
Ferrariensem, de *Ferrieres*, in Senonibus, Car-
roffi, de *Charroux*, S. Maxentij, S. Sauini, in
Pictonibus, Ludouicus Pius; S. Martini de
campis cœnobium apud Parisios anno 1060.
Henricus; Tyri Abbatiam, de *Tyron au perche*,
in d. Carnutensi sub annum 1110. Ludouicus
Crassus; Fiscanense monasterium, *Fescamp*,
Guilielmus Bastardus Normanniæ Dux; Ab-
batiam S. *Gildæ & Burgi Dolësis*, de *Bourg di-
eux* apud Bituriges, Ebbo Dolensis Rhulus;
Auriliacense monasterium, de S. *Gerault d' Au-
rillac*, in Aruernia, D. Geraldus; Latiniacum,
Laignij, S. Furseus Hibernus fundarunt.

Ita Choppinus lib. 1. de sacra Poli-

tia tit 4.

(o)

Mona-